

*Plantago Spicā* multiplici non sparsa. In maritimū marū Baltici \* — bilinguis, vel *Spica duplicita* raro observatur. \* — fol. angustis maritima. In littoribus maris Gütlandiae.

*Polemonium Saxatile*. Exigua plantula in Alpium jugis ad scopulos crescit.

*Polygala lutea* major & minor. Hec tres unciā longa: illa spichamam cum dimidia exsuperat.

Crescent ambae in magna copia circa Florenziolam Italiae urbem in pratis.

— frutescens major fol. buxi, floribus albis. In Alpibus & Appenninū copiose plantam hanc reperi: à quibusdam *Anonyma* fol. buxi dicta; Est autem verē species Polygalæ licet excelsior & fruticosior existat \* Eadem fl. albo-purpureis \* Ead. fol. pilosis & glabris. \* Eadem fol. myrthi, fl. albo-luceis, purp. variis. \* Eadem fol. oblongis & per omnes partes tenuior. fl. alb. purp. Omnes has varietates observavi in locis dictis.

— minor ramosa palustris flosc. albo-purpur. odoris. In locū paludosis March. Brand.

— nemorosa flor. versicoloribus, albis, purp. cæruleis. \* Eadem foliolis Serpilli flosc. variegatis. In nemoribus temperatū, locūq; apricū & Ericetis March. Brandenb.

*Polygonum majus* erectum angustifolium flor. candidis. Ex rad. lignosa digitum crassa, caulem emitit spichamam unam quandoq; duas excedentem. Foliola unciā longa, teretia, tenuia per terram sparguntur, caulemq; tanq; per genicula vestiunt subinde bina sibi adversa. Summo cauli insistunt flosculi pentaphylli albi, ex pericarpis viridis tot foliolis constantibus enati, polygonorum formam obtinentes. Incola est Marchia Brandenburgica, quam circa Fürstenwaldiam, Francosurtum, Crostnam & alibi observavi. v. Tab. 2. Alia polygona, varietate foliorum, ramulorum, florumq; plurima (si exactam institutam differentiam) pasim in Germania reperiuntur.

*Polygonatum tenuifolium*. In Gütlandia longitudine triam ulnarum reperi.

*Polytrichum aureum* majus, medium, minus & minimum, In udin & muscosis Germaniae.

*Polypodium Saxatile* majus, fol. parūa serratis & asperis. Circa Romam in appenninū.

*Primula veris* fl. albo, purp. cæruleo. Alpium incola est.

*Pseudeorchis* rad. repente fol. maculis nigris & alia albis aspersis. Hec raro in nemoribus temperatis circa Fürstenwaldiam, Berolinum & alibi in Marchia Brandenb. crescit. Foliola cyclanini aut Fritillaria instar eleganter sunt maculata. v. Tab. 3.

*Ptarmica Alpina*, foliis Agerati incanis. Jac. Breyn, l. c. Ph. Bras. Tb. Br. p. 161. *Piperis Spec.* v. Index.

*Pulmonaria* fl. cæruleo maj. & minor. Eadem fol. angustis, & angustioribus. Eadem fol. latissimis cordis figuram habentibus. In nemoribus temperatū March. Brand.

**Q** uapoiba Bras. v. Index.

**R** anunculus echinatus Creticus. In Horto Patavino quondam mihi monstratus fuit: major illa est vulgari nostrō & aculeatior.

— nemorosus fl. pleno albo & purp. major. In Alpestribus, Appenninū & inter Euganeos montes \* Idem minimus fl. pleno in Alpestribus tantum à me observatus est. \* Idem folio thalictri, rutæ, fumaræ. Ibidem.

— fl. intensè cæruleo instar Cichorei duplex. fol. minor. & majoribus, v. Tab. 8. Elegansissimus & formosus hic Ranunculus à me observatus est in Appenninis, duobus itineribus Angariarum Roma versus Siennam. Viderur Spec. Anemonarum.

— stigmatoides quibusdam. Hic absq; stipe crescit, & folia subtus tanq; rubigine aspersa habet, quasi in capillarem plantam degener. Frequentissimus mihi occurrit inter Euganeos ad radicem montis S. Salomonis. Notandum bene, quod in hoc Ranunculo radix transversim terre inherens foliola sua nympædia longi petiolæ inherentia non nisi ex alterutro extremo emittat; contra vero omnes Ranunculi nemoroſi communes (quoram hic Stigmatoides eadem spec. est) qui floribus sunt prædicti, caulinos suos cum foliis & floribus ex medio radice promant.

— dulcis, foliis latis Rapistri perfoliatis flor. albis. In Appenninis, etiam in Hortis quibusdam Curiosorum virorum observavi. v. Tab. 8.

*Rapunculus Saxatilis Romanus*, facie Speculi Veneris. Roma in vetustioribus muris & ruderiis antiquis. Flos ad Onobrychim sive Specul. Veneri accedit, folia vero ad Rapunculos \* *Rapunculus capitatus*, capite cæruleo it. albo. In Sylvis umbrosis circa Cliviam &c.

*Rhamnus parvus* fruticosus aizoïdes Hispanicus. Hunc in littoribus Alcantaria, maritimæ urbis Hispaniae crescentem in locis quidem petroſis reperi, unde frutex parvus & humili manet. Foliola aizoidea succulenta & crassa, ob marius vicinitatem, habet. Caterum Rhamno per omnes partes similis.

*Rosa pomifera Veneta* fl. simplici. Fructus, vulgo cynosbatos, rotundus & magnus, mediocris pomiformam & quantitatem habet, unde pomifera dicta. Flos dilutè purpurascit. Ex herbo Patavino quondam babuum.

Sax-